Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nulla uirtus uera esse probat. aut operatione ei quam non deserit illa quam uirtus uera esse negat. Sic autem omnis creatura suo modo bona et uere esse dicitur sicut et caritas quae deserit suo modo uera esse monstratur aliquando autem nullo deserente. si nullo modo in eo esse quod enim nullomodo uerum est nullomodo deseri potest. Quod si aliquomodo uere deserit et aliquomodo uel uere esse oportet.

Hec de caritate bruni sepissime. propter eos qui penitentiam negant retinere posse. asserentes quod sicut caritas semel uere habita numquam amittitur. ita penitentiam semel uere celebratam nullo modo sequitur culpa maculatur. Si uero criminalis culpa illam aliquo sequitur uera penitentia non fuit nec ueniam a deo impetrauit. Quod si ex diffinitione ipsius penitentie et mutuis auctoritatibus probare intendit. Vt enim aut ambrosius quidam sermone quadragesime penitentia est et mala putat plangere et plangenda tunc non omittere. Item in libro de unica penitentia.

Reprehendunt quosdam penitentiam agendam putant. quasi luxuriantem in se. Nam si uere in se penitentiam agerent non tanta postea non putarent quia sicut unum baptisma. ita una est penitentia uerum pretium semper debet nos penitere peccati. Si hoc delictis leuior. At ego facilius inuenio quos recte seruauerint innocentiam quam quos graue egerint penitentiam. Item aug. Satisfactio penitentie est peccatorum causas excidere nec earum suggestionibus adhuc indulgere. Idem in libro de penitentia.

Penitentia est quedam dolentis uindicta. puniens ipse quod dolere omisisse. et infra. Continue dolendum est de peccato quod declarat ipsa dictionis uirtus. Penitet enim est pena tenet ut semper puniat ipse ulciscendo. quod omisit peccando. Pena enim proprie dicitur lesio quae punit et uindicat. quod quisque omisit. Ille pena tenet quia semper uindicat quod omisisse dolet. Penitentia itaque est uindicta puniens ipse quod dolere omisisse. In eodem. Si apostolus etiam peccata post baptismum dimissa continue plorat. nobis supp fundamentum apostolorum positus quid prestat plorare restat. quid non semper dolere iniuria. Vbi enim dolor finitur deficit et penitentia. Si autem penitentia finitur. dimittitur de uenia. Tamdiu gaudeat et spem de gratia quamdiu sustentat a penitentia. Sicut enim dominus. Iade et amplius noli peccare

penitentia iniuriandi.

semper